

Conf. A. Papp. 2508^h

13

ORDINARIUS
SENIOR CAETERIQUE DOCTORES
FACULTATIS IVRIDICAE
LIPSIENSIS
LAUDABILITER SVPERATVM EXAMEN
GENEROSISSIMI ET DOCTISSIMI DOMINI
CAROLI FRIDERICI DE HEINEKEN
SACRI IMPERII EQVITIS
PVBLICE TESTANTVR.

Rhapsodiae Supplementa.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.

ORDINARIVS

PHYSICORUM CATHEDRIS DOCTORES

TACITVS IVRIS

LIBRVS

REPERTORIUM ANATOMIAE

PHYSICORUM CATHEDRIS

CAROLI ERICICI DE HEIKEREN

PHYSICORUM

PHYSICORUM

PHYSICORUM

PHYSICORUM

OBSERVATIO DLXXVII.

*Documenta quaedam non omni exceptione maior
iora opitulantur tamen.*

*De vetustis Chronicis urbium, monumentis se-
pulcralibus, parentationibus funebribus,
aliisque huiusmodi documentis recognoscen-
dis, vel non.*

*Philosophica argumenta historicis potiora
esse.*

De fide historica generatim.

Rerum gestarum qui in libris asseruant memoriam, **1**
per omnia testibus aequiparandi. Ergo LIVIUS,
THUCYDIDES et reliqui omnes quinam sunt? Testes
demortui et iniurati res vetustas, quas nec ipsi utplurimum
viderunt, nobis referentes. Unus eorum exscribit alterum
et ornamenta, ut quisque ingenio pollet, addit sua, quibus
factum non raro penitus transformatur. Praeterea ultro,
nec rogati, nec admoniti testimonia historici dicunt, nec
poenas metuunt testibus metuendas, si fallant. Vtcunque ta **2**
men se res habeat, testes esse puto historicos in foro non magni

IV

quidem momenti, attamen, si nos audias, non plane nullos. Quum in testibus etiam veris summa circumspicione opus esse, sapienter indicarint legislatores omnium populorum, mirandum non est, leges et iura fidem historicorum, qui, ut diximus, non alii quam testes sunt, non magni facere nec inter probandi modos admittere. Nam si in veris testibus auritos leges rident, si vnum non audiunt, nec duobus credunt, nisi iuratis et ne his quidem, nisi et secum ipsis et caeteris cum testibus exactissime conspirent, immo omnis suspicio fraudis, affectuumque desit: quomodo historicis scriptoribus fidant, quorum nullus est, qui sectae non addictus, qui patriam non habeat, adeoque patriotismi morbo infectus non sit? Sed ad testes reuertor veros, quos animi affectiones a vero plus deducunt, quam pecuniae corruptio; nec enim fallunt citius, quam si de iis loquantur, quos venerantur et colunt. Vnde cum cauere sibi iudex nunquam satis possit, praeter cautiones, quas recensuimus, insuper Interrogatoriis variis vexantur homines testimonia deponentes, nec prius, quam si ne per ea quidem confundantur, et in omnibus non sibi tantum, sed et caeteris testibus exacte consentiant, fidem iis adhibemus. Noli autem credere, subtilem sapientiam tales in examinandis testibus circumspicionis regulas excogitasse. Ohe! quomodo quaeso ratio sola in tam subtiles anxietates et metum mendacii vnquam incidere potuisset, nisi usus et experientia legislatores cautos, tribunal meticulosum fecisset et iudicantes prouidos; nisi exempla quam plurima docuissent, quantopere homines, etiam probi caeteroquin viri, in verbis et scriptis mentiantur, si causa obuenerit, cui fauent. Norant inprimis legum conditores, quantopere amicitiae furor nos abripiat a vero; norant, quam immodera-

dera-

deratum in testibus et scriptoribus sensationes semel perceptas defendendi studium sit, nec perceptas tatum, sed etiam quas percepisse putarent. In tanta circumspectione et summa prouidentia nec tamen exempla defunt, testes etiam iuratos, interrogatoriis exercitatos et qui speciem bonorum virorum haberent, nec sibi vnquam, nec caeteris testibus contradicerent, nec in minutissimis circumstantiis vel vno verbo variarent, falsa testimonia dixisse, quibus innoxii homines totis patrimoniis exciderent ac famam, immo vitam perderent.

Testes vero magis plerumque incuria et negligentia 3 fallunt, historici autem studio et data opera, nec vlla est fere historia, in qua fabellae non obuenant, vt ait LIVIVS: *Datur haec venia, inquit, antiquitati, vt miscendo falsa veris, humana diuinis, primordia vrbiū augustiora faciat.*

Haec vt verissima sint, tamen ego, qui haec scribo, ausus 4 sum, Historicorum scripta inter probandi modos referre, cum in *Obseruatione CCX. Regula decima* Documenta, vt appellare soleo, *Opitulancia* admitterem, siue talia, quae quidem per se nihilomino valitura erant, attamen si cum aliis habilibus coniungantur, horum fidem magis confirmant et probationem augent, Testium nempe et instrumentorum, vt dixi, eadem est ratio (*Obs. CCX p. 211. et Obs. CCCIII.*) Itaque vt habemus testes opitulantes, ita etiam admitto documenta opitulancia, quae quidem sola per se nihil probant, si tamen conspirent cum aliis siue documentis, siue testibus, siue aliis argumentis, reiicienda non putant (*Obs. CCX. et Obs. CCCIII.*) 5 Itaque si vrbinū vetusta, licet inepta caeteroquin, *Chronica* typis inpressa, si scriptores historiarum veteres, tanquam documenta publica, item, si ad docendam consanguinitatem conciones funebres et parentationes inpressae, aut sepul-

cralia monumenta a Notariis descripta inducantur, solebant quidem ea reiici a dicasteriis, quod non omnino probo, sed potius pro circumstantiarum diuersitate pronunciandum suadeo: *Dass Beklagter mit dem Anerkenntnisse der gerichtlich vidimirten Abschrift des Leichen-Steines zwar zu verschonen, es bleibt aber Klägern, gestalten Saehen nach, bey künftigen Hauptverfahren, jedoch mit Vorbehalt der von Beklagten darwider auszuführenden Einreden, sich darauf zu beziehen unbenommen.*

6 Interea cum dicasteria in tali casu huiusmodi pronunciandi formula nondum satis adsueta sint, cautelam trado ac suadeo, ne quis lapidis sepulcralis inscriptionem, si ea vti velit, vidimari curet, quoniam pro more suo dicasteria tale documentum statim reiiciunt, sed potius testes ad monumentum tale v. c. sepulcralem aut aliam inscriptionem ducat, atque deinde testes hos in articulis: *anne talis inscriptio in eo loco extet et ipsi eam viderint, legerintque?* interroget. Res eadem, sed amant decipi iudices.

7 Dixi igitur iam in *Obferuatione CCX. CCXCI. et CCCIII.* vetustis documentis, etsi subscriptio, nempe autographum et manus scribentis desit, quale in *Obs. CCCCLXV. Num. 7.* adduximus, tamen non omnem fidem denegandam esse, immo scripturas vetustas, si iungantur aliis argumentis probabilitati, adeoque iuriurando suppletorio locum facere, imprimis si appareat, scribentem de futura aliquando circa illam rem controuersia, cum scriberet, non cogitasse, nec cogitare potuisse, nec causam aliquam fuisse, quare falsum comminiceretur. Itaque quotiescunque eadem praesumptio assurgit, caeteris etiam scripturis non omni exceptione maioribus, si cum aliis certioribus instrumentis aut argumentis veri-

veri-

verisimilibus familiariter conspirent, ego, vt sum natura paulisper credulus, non dabitauerim fidem aliquantillam tribuere.

Habeo in promptu auctoritatem sententiae, qua Cancellariae Megapolitanae Neo-Strelitiensi mense Aprili 1773. respondimus his quidem verbis: *Und wenn schon die von Klägern angezogenen Meklenburgischen Geschichtschreiber an und für sich selbst in einem Prozesse kein unumstösliches Beweismittel abgeben, solche gleichwohl, wenn sie mit andern Muthmassungen und den Umständen der Sache übereintreffen, also nichts widersprechendes und ungläubliches enthalten, jene einigermaßen bestärken und græser machen, folglich dergleichen Nachrichten gelehrter Leute in vorigen Zeiten, wenigstens im Zusammenhange mit andern Gründen, eine Art des Beweises abgeben und mehrere Wahrscheinlichkeit bewürken. Wannhero, da Klæger aus FRANKENS Meklenburgischer Geschichte, das bereits im Jahr 1603. ein Iochen von Manteufel das Gut Rattey besessen, sowohl aus einem von dem Geschichtschreiber KLÜVER angeführten Register vom Jahr 1506. das schon zu der Zeit Achem Mandüfel Herr und Eigenthümer von nur gedachten Lehn-Guthe gewesen und zwey Pferde in Kriege stellen müssen, beygebracht, nur gedachte Schriftsteller (einiger Fehler derselben, als von welchen kein einziger befreyet, ungeachtet) mit Beyhülfe anderer Gründe nicht aus den Augen zu setzen, zumal da u. s. w.*

Nec me ab opinione dimouebit clamor eorum, qui ita argumentantur: Si in lite super gallina, aut si caper vindicetur, testi iniurato non creditur, quomodo historicis in rebus maioris momenti fidem adhibeamus de auditu deponentibus et nullo iureiurando adstrictis? Testi, inquiunt, vni non credimus, ne iurato quidem, etsi probabilia proferat,

ferat, historico autem (o mentes coecas!) credamus iniurato, etsi absurda et inopinabilia proferat? Non est, aiunt, scriptor vllus, qui falsa non dicat. Vt enim historici nihil lubentius, quam portenta referunt, ita homines non audius quippiam, quam mirabilia legunt, adeo, vt fama scriptoris diu stare non possit, qui mere quotidiana proferat. Quae enim nihil magni in se continet, statim obliuiscimur historiae, quo autem narratio magis gigantea, eo tenacius haeret, eo pröpagatur latius. Res stupenda sane, homines nihil facilius, quam incredibilia credere et, quae abducere animos debebant, etiam adstringere et assensum fortiorem elicere. Nec tamen, inquit, Franciscanis credimus, quae de S. Francisco suo multis contemporaneorum testimoniis probant; aut Gallis, quando nostro hoc ipso in seculo Abbatuli, cui nomen *Paris*, per iuratos etiam testes, eosque fere innumeros et, quod maximum, oculatos miracula indubitata facere conabantur. Itaque illi, contra quos disputo, ita colligunt: si inter sanctos nemo recipitur, cuius res gestas congregatio iudicum non tam rigide et tam seuerè examinauerit, vt etiam diabolo obloquenti aduocatus ex officio detur, si, inquit examinatae a sapientissimis viris sanctorum historiae fallunt et mentiuntur, quid ALBERTO KRANZIO et caeteris non ita examinatis, quid parentationibus funebribus, quid Chronico Lipsiensi, Nouellis denique Politicis, ex quibus historici nostrae aetatis plurima hauriunt, fidem attribuamus? Haec illi, qui nihil plane credunt et historicam fidem e iudiciis plane eliminare cupiunt.

Quod

Quod me attinet, negare quidem non possum, historicorum auctoritatem apud iudices et leges haud dixerim exiguam, sed plane nullam esse, nec tamen penitus eam IO foro expello, ut faciunt reliqui, si modo fraudis suspicio et fauoris enthusiasmus in scriptore desit nec, quae proferuntur, rationi contraria sint. Non audio historicos solos ad iudicium aliis destitutos, si autem conspirent cum aliis instrumentis, audio. Talia ergo historiarum documenta, si, ut diximus, non nuda sed aliis argumentis vestita sint, admittam non tanquam omni exceptione maiora sed, ut nouo verbo utar, tanquam *Opitulantiæ*, incertus an in dicitariis vel vnum asseclam habiturus sim. Sed cum ipse a fraude alienus esse mihi certe videor, immo, ut audio, etiam aliis, facile cuique assensum praebeo magno quidem cum damno meo, (nam valde ab astutis et mendacibus decipior) credo tamen, usque dum sensu et ratione percipio, mendaces et astutos esse, quas veraces putaueram. Nam ratio mendacia dignoscit a veris. Vnde statim apparet philosophica argumenta historicis potiora esse. Itaque statuo quidem maius, quam caeteri, THVANO, ALBERTO KRANZIO, Chronicis urbium, aliisque historicis pretium, nec aliter tamen, quam si loca ex iis in actis iudicialibus adducta cum aliis indubitatis monumentis conueniant, et probabilia referunt; Contra vero si ab argumentis philosophicis, aut testibus, aut certis documentis discrepent, aut incredibilia i. e. rationi haud consentanea contineant, ne LIVIO quidem ubique portenta et oracula, erat enim valde superstitiosus, referenti, nec THVCYDIDI nec THVANO, multoque minus historicis fide minoribus, credo, immo consentio potius tunc caeteris legum doctoribus historicorum volumina in iudiciali probatione penitus reiicientibus,

B

OB.

OBSERVATIO DLXXVIII.

Bona Rusticorum feoda esse, immo nonnullis leges feudales utiliter applicari.

- 1 **C**onstans apud Germanos usus, ut, quod reges in suos duces, hoc duces in nobiles, nobiles vero in rusticos statuerent. Sic reges de suo regno particulam ducibus, duces de suo Ducatu nobilibus, nobiles de suo feodo rusticis particulas concedebant, ut aut seruirent, operasque praestarent, aut censum insuperque homagium praestarent. Nempe nobiles quemadmodum duci seruitia praestabant, ita ad hoc exemplum a suis rusticis sibi operas stipulabantur. Sed et burgenfibus eo tempore, quo Henricus Auceps vrbes plures condebat, domus dabantur ea lege, ut militarent et excubias agerent. Vnde etiam in vrbibus aedes beneficia quondam fuerunt, licet impropria, beneficia tamen, ut locutio ex vetustate superstes: *das Haus in Lehn nehmen, die Lehn auflassen* satis indicant. Quod autem est antiqua facies mutata, nec amplius rustica bona feodis annumerantur, ex misera iuris Romani et Germanici mixtura ortum est, quae bona rusticorum Emphyteuticariis inepte comparauit, nec vllum Germanico, sed mero Romano iuri, in iis locum dedit. Natura autem sua rusticorum agri beneficia, sed ignobilia erant, quia totum septentrionem feudalis quidem spiritus ita infecerat, ut clientelare esset, quodcunque adspiceres, et rara, immo rarissima, allodia. Breuiter hanc regulam tene: *Erbzins-Güther* sunt bona emphyteutica et mera allodia, *Zins-Güther* autem feoda. Imprimis vero bona Meyerdingica veras clientelas esse, immo regulas iuris beneficiarii in iis obtinere, Facultatis Iuridicae Lipsiensis responsum Mense Nouembri 1773. datum approbat:

Ohwobl

Obwohl die Meyerdings Güther mit den Erbzinsgüthern 4 diese Aehnlichkeit haben, das daraus ein gewisser jæhrlicher Zins dem Herren entrichtet werden muss, within die Meyerhæse Lehne zu nennen bedenklich fallen dürfte, da selbige, so wie alle übrige Bauergüther und Bürgerhæuser, durch keine Feloney verlohren gehen.

CARPZ. Lib. 6. Resp. 108. num. 3. ibi: Fallunt interim, qui docent ob non petitam inuestituram intra annum et diem emphyteusin amitti, quia nempe tantum temporis spatium vasallo concessum est. II. F. 24. Nec enim argumentum a feudo ad emphyteusin in poenilibus et odiosis procedit.

wie denn auch diese Meyerdings Güther frey veræufert werden kœn- 5 nen, wannenhero das beschriebene Lehnrecht auf solche sich um so vielweniger anwenden lasse, dafür gehalten werden moechte, je deutlicher in des Lehnrechts Richtsteiges erstem Capitel: So wisset alle edele Leute, wenn um edeler Leute willen ist Lehnrecht gegeben worden von denen Kaysern, und sie sollen es brauchen und anders niemand, die Verordnung sich vorfindet.

Dennoch aber und dieweil die Meyerdingischen denen Erbzins Gü- 6 thern weiter nicht, als in so weit alle Bauergüther einander aehnlich, zu vergleichen: sonst aber beyde von einander sehr verschieden, da der Erbzins-Herr über seine Erbzins-Leute ordentlicher Weise keine Gerichtsbarkeit ausübet, auch die Lehnware bey solchen Erbzins Güthern anders nicht, als wenn sie durch Verjaehrung oder Vertraege eingeführet, entrichtet werden darf, als worinnen Erbzins Güther von denen roemischen Zins Güthern, Bona emphytevticaria genant, unterschieden, noch weniger aber bey den Erbzins Güthern Baulabung eingeführet, überhaupt aber die Ueberbleibsel des teutschen Lehnrechts stærker bey denen Meyerdings Güthern sich her-

vorthun und der Erbzinsman bey weiten so starke Pflichten nicht hat, als die Verbindlichkeit ist, womit der Meyerdingsman seinem Herren verwant ist; Wo aber die Uncehnlichkeit grösser als die Gleichheit, zwo Dinge unter ein Geschlechte sich schwerlich bringen lassen, vielmehr also Meyerdings Güther, als eine besondere Art von Bauerlehnen oder Feodis ignobilibus et alienabilibus zu betrachten, sintemalen der sogenante Anfaz der Beleyhung cehnlich, und stat der Lehndienste der Zins eingeführet, auch die Meyerdings Güther wegen Ungehorsam dem Lehnherren cræsnet oder caducirët werden; übrigens aber zwar gewiss, dafs dergleichen Lehne keine Rittergüter, oder edle Lehne sind, gleichwohl aber da das Wort Lehn von einer ausgedehnten und weitläuftigen Bedeutung ist, sie mit diesen Nahmen wohl belegt werden können, sintemalen ein jegliches geliehenes Guth, dessen Besizer einen andern als Oberherren erkennen muss, unter diesem Nahmen begriffen und die obangezogene Stelle des Richtsteiges, so schlechterdings nicht behindert, dafs man nicht zuweilen aus denen Lehnrechten auch bei solchen Bauer-Güthern einen Beweifs ableiten und eine nützliche Anwendung machen könne, weil was einem ganzen Geschlechte eigen, auch dessen sämlichen Gattungen zukommet, wannenhero auch bewährte Rechts Lehrer

PVFFENDORF de Iurisd. Germ. P, 3. sect. 3. pag. 738.

SENKENBERG. Prim. Lin. I. F. Prolegom. §. 47. p. 31. dafs die Meyerdingsleute nach Art der Lehne ihre Güther inne haben, folglich dieselben gewissermassen nach dem Lehnrechte sich beurtheilen liessen, behaupten.

Wie denn auch der Umstand, dafs die Appellationen nicht an die Landes Regierung sondern an das hohe Meyerding ergehen, unsere Meynung bestätiget, sintemalen nach gemeinen Lehnrechten

II. F. 22.

VET. AVT. de Benef. cap. 2. §. 61.

Richtsteig Lehn, cap. 27. 29.

die

die Appellationen an Ober-Lehnherren, und niemahls an die Reichs Gerichte ergehen, als nur dann, wenn das Lehn dem Herrn eigen ist, und er also keinen obern Lehnherren hat. Endlich auch bey den Meyerdingen die übrige Verfassung satfam lehret, dass sie eine Art von vvhahren Lehnhäfen sind, da die Beyfizer des Gerichts oder die so genannten Noten (welches Wort aus Dingsgenossen entstanden) nichts anders als Pares Curiae, vveil in vorigen Zeiten die Lehnleute anders nicht, als durch ihres gleichen gerichtet vverden konten.

STRUBEN Nebenstunden 5. Theil p. 124.

DREYER von Wirkungen der Genossenschaft 2. Theil pag. 1213.

vvelche angezogenen Rechtsgelehrten folgende Urkunden anführen: Rusticus non debet iudicari nisi per sententiam suorum condomesticorum, und eine andere gleichen Inhalts: Nec alicuius rustici nostri nisi Parium suorum iudicio subiaceant; wie denn auch in der teutschen Sprache kein besseres Wort, vvodurch man Pares ausdruken kænte, sich auffindet, so dass im Schwvebischen Lehnrechte

cap. 110. und cap. 122.

siehe auch LVDOVICI Lehns Process cap. 2. §. 9.

die Pares Curiae in der That und wirklich Genossen heissen und daselbst mit diesen Nahmen belegt vverden, da denn in Zusammenhaltung dessen allen sich so viel ergiebet, dass die Meyerdings Güther eine Art von vvirklichen Lehnen sind, und vvo keine besondern Gesetze vorhanden, selbige zuvar nicht nach Art der edlen Lehne, doch aber der Lehne überhaupt, behandelt, so vwohl die Lehnrechte gevvisser massen auf selbige vwohl angewendet vverden mögen. Vide Obs. CCCCLIV.

OBSERVATIO DLXXIX.

*Locatori in Invectis et Illatis, sed deinde
exportatis, Serviana non
competit.*

Titius conductorem tabernae ob non solutam pensionem conuenerat. Condemnato debitore, liquidum constituitur, petit Titius executionem. Sed antequam dies executionis veniret, obaeratus conductor merces ex taberna exportatas oppignorat Meviae, eique tradit. Cum dubitaretur, quis prior esset? proponebatur a Titio locatore tabernae: in *Lege 4. ff. de pact. L. 7. pr. ff. in quib. caus. pign. vel hyp. tacit.* non retentionis ius, sed aliquid praestantius, nempe veram hypothecam tacitam locatoribus concessam esse, adeoque suum pignus esse antiquius. Nos vero argumentis ex Observatione superiori CCCXXVII. non solum, veram etiam aliis decidendi rationibus, quas adscribam, Meviae praerogativam dedimus: *Dieuveil in der Erleut. Pr. ad tit. 45. §. 4. denen Verpachtern nur so lange, als des Abemiethers eingebrachtes Fahrniß in dem verpachteten Guthe noch vorhanden, ein Vorzug gegænnet, und im 45sten Titel §. 2. nurgedachter Erleut. Pr. Ordn. an dem Fahrnisse kein Pfand erlanget vverden mag, vvenn der Glæubiger solches nicht vvirklich in Hænden hat, also der Vermiether die Schuld sich selbst beimessen muß, vvenn er aus Mangel behæriger Obhuth und Wachsamkeit, dass die Sachen des Abemiethers, aus seinem des Verpachters Hauße vveggeschafset vvorden, in Zeiten nicht zu behindern gesucht hat. So ist &c.*

Iam

Iam vero praeludii satis. Vocat enim nos potius generosissimi iuuenis desiderium, ut ad ipsum et eius studia nos conuertamus. Inter salutaria, ut nostri cuncta sunt Principis sapientissimi instituta, et hoc miratur Saxonia: vix quenquam civili muneri adhiberi, qui non in solenni examine suam eruditionem publice monstrauerit. Ab eo tempore statim, quo id prouide sancitum est, animaduertimus, anxiori diligentia nobiles se litteris dare, cum in primo iam limine et aduentu suo in Academiam sciant, se huuc Lydium lapidem haud euitaturos esse. Subiit illum quoque

VIR

GENEROSISSIMVS ET DOCTISSIMVS
CAROLVS FRIDERICVS
DE HEINEKEN
SACRI IMPERII EQVES.

In hoc doctissimo viro vividum ingenium praelucere deprehendimus, quo natura ipsum liberaliter dotauit. Mense Octobri MDCCCLXX studiis academicis initiatus et ciuitatis nostrae literariae albo inscriptus, a quo tempore moderate et ingenue, ut bonos decet, se gessit, liberalibusque artibus, potissimum autem Iuris
pru-


prudentialia diligenter operam dedit. Nuper in pleno nostri Collegii confesso ad examen nobilium admissus, quaestiones ex uniuerso iuris ambitu satis concinne resoluit, potissimum vero in Doctrina Iuris Romani praecellere visus, unde se omnibus ita probauit, ut idoneus et omnino, qui testimonio solenni exornaretur, dignus videretur. Nos vero haec ita acta fuisse, maioris fidei causa hoc programma valuis publicis affigi, vni vero exemplari, quod manu et subscriptione mea ego Ordinarius firmabo, signum collegii in rubra cera adponi iussimus.

P. P. Lipsiae Dominica Palmarum MDCCLXXIV.



11 7 Nov 1989

Cons. et resp. 361



Small, rectangular, light green paper label affixed to the upper right corner of the book cover.